

44.

Auspice & Duce Deo
DISSERTATIONIS ACADEMICÆ
De

ANGARIS

principue SVETHICIS
PARS POSTERIOR
Historico - Politica,
Qvam
Divina adfulgente Gratia,
Et

Adprobante Amplissimo Collegio Philosophico in
inclito E³ Regio ad Auram Athenæo,

PRÆSIDE
VIRO Cl.

Dn. Mag. ALGOTHO A. SCARIN,
Philosoph. Moral. & Hist. Profess. Reg. & Ordin.

Ad publicum candidorum examen
Pro GRADU in Philosophia

modeste defert

S:z R:z M:tis ALUMNUS
JOHANNES TILLANDER P. F.

W. Smolandus.

Die 22. Junii 1732. in Auditor, Max.
horis solitis.

A B O Æ,
Imprimeb. Johan Kiämpe Reg. Acad. Typogr.

S:æ R:æ M:tis
SUMMÆ FIDEI VIRO,

ILLUSTRISSIMO
EXCELENTISSIMO QVE
HEROI ac COMITI

D_{N.} JACOBO
CRONSTEDT,

REGIS
REGNIQVE SVECIÆ
SENATORI,
MÆCENATI SUMMO,

CELSISSIMI COMITES

AD VESTRA, MÆCENATES SUMMI, limina
tremens verensque aditum cliens molior. Verum
cum fastigium cogito lucemque, in quam Divina VOS
providentia collocavit, temeritatis ipse mibi dicam scri-
bo, quod erutas ex umbra antiquitatis merces basce
VESTRIS NOMINIBUS consecrandi consilium ceperim.
Ast erigit ancipitem animum VESTRA in Musas ea-
rumque cultores singularis clementia, fiduciamque mi-
hi certissimam addit, fore, ut quem aliis non inviti a-
periuitis aditum ad clementiae VESTRÆ aras, eundem
neque meæ, inter varios & incertos casus fluctuant
spei atque fortune denegatis. VESTRAM summam au-
ctioritatem pari temperatam gratia & humanitate su-
spiciunt omnes, quotquot Svetbica adorant sceptra. In
ceteris vero partibus reipubl. maxime justitiam VESTRI
imperii, facilitatem comitatoremque gratissima mente
recolit VEXIONIA, & quæ VESTRO pridem moderami-

ne prudentissimo felicissimam etiamnum semet prædicat contigua Cronoburgensis præfectura. Certe VESTRORUM in omnem, quaqua patet Smolandiam fama meritorum, VESTRA in vicinum rei literariæ seminarium ejusque tenellos palmites cura & liberalitas adeo oculis etiamnum infixa hæret, ut in præsens mibi temperare nullo modo queam, quin ruptis prope verecundiæ claustris, meam publice tester effervescentem mutuò pietatem, & pro perenni florentissimoque VESTRÆ incolumitatis statu ad DEum O. M. flagrantissima etatem suspiria fundam; velit VOSMET Patriæ columna ac sidera splendidissima, illustrissimarum familiarum VESTRARUM ornamento, Apolline & que civitatis, cui me etiam adscriptum fata voluerunt, decus & tutamen, quam diutissime incolumes conservare. Ita vovet, & ex intimo corde ad suprema usque funera vovebit.

CELSITUDINUM VESTRARUM

Subiectiss. & devotissimus cultor
Johannes Tillander P. F.

Partis Historico-Politica Synopsis.

Sect. Tert,
Membr. I.


- §. I. Preliminaris.
§. II. Varia artis speculatoriae nomina recenset.
§. III. Auctorem & initia Angarorum investigat.
§. IV. De materia Angarorum agit.
§. V. Formam eorum describit.
§. VI. Rationes per Angaros repentina & minus pravisa significandi adducit.
§. VII. Specularem significationem subitorum apud varias gentes in usu fuisse commemorat.
§. VIII. Angarorum in Patria preciuporum situm exponit.
§. IX. Idem negotium persequitur.
§. X. Pharos leviter attingit.
§. XI. Historiolam Angarorum Persicorum pertexit.
§. XII. Pauca de bēmerodromis Græcorum adfert.

Memb. II.

- §. I. Varios scribendi modos veteribus præsertim usitatos adducit.
§. II. Quedam de bacillis Mercurialibus veterum Scandianorum adfert.
§. III. De tabellariis nostri evi agit.
§. IV. Eorundem utilitatem adstruit.
§. V. De diversoriis, institutisque succinctis in usum rei tabellarie veredis publicis, pauca narrat.

Memb. III.

- §. I. Questionem, num in republica bene constituta ignium specularium usus sit tolerandus nec ne? excutit.
§. II. Opelle finem imponit.



I. N. S. S. T.
SECT. TERT.

Membr. I.

§. I.

UT Regi, Principi, vel alii summas' imperii habenas tenenti in rebus gerendis prudenter & fortitudo sunt necessariæ, ita neque maturo carere potest consilio, antequam aliquid adgrediatur. Quanta enim pericula ac damna illi saepe experiri sint coacti, qui sine prævio consilio ad res magnas efficiendas præcipites ruerem conseruerunt, multis non necesse est ut eamus probatum. Quare monitum Solonis heic videtur observandum: Θελευτικοὶ θεραπεῖαι, ἀπόλεια δι ταχέως τα δόξαντα, i. e. delibera tarde, perfice vero celeriter et que de liberasti. Nam et prius quam incipias, consulto, et ubi consulueris mature facto opus est (1). Quod æque aliis in negotiis ac rebus militaribus obtinet. Rex enim, vel is, penes quem summa imperii est, de hostis adventu antea certior factus, de consiliis, quibus conatum ejus eludere queat, armis & munimentis

nimentis, quibus regnum tueatur, & viribus, quibus impetum ejus avertat, sollicitus sit necesse est. Nam eqvos & arma capessere velle, cum hostis jam fines regni est ingressus, ejusque provincias devastat, non minus miserum est opus, quam tum demum puteum fodere, ubi sitis fauces tenet (b). Civium enim animi extre more attoniti, & salutari alicui consilio capiendo prorsus inepti tunc redduntur. Hinc cum melius sit providere, quam paenitere (c), ac amplius in bello efficiat prudens provisio, quam robur & militum fortitudo (d), veteres Svio-Gothi, gens omni ævo bellicosissima, omnem intenderunt curam artibus ejusmodi inveniendis, quarum ope hostium conatus atque adventus, ceteraque sua modo, modo amicorum aliorumq; molimina mature constarent, ut sine mora vel ingruentem vim reprimere, vel de commodo quopiam imminentे spem percipere possent. Quibus civium usibus antiquitus artificium illud per ignes necessaria significandi potissimum inserviit, & quo mediante non tristia tantummodo, verum etiam læta sæpiissime indicabantur; quod tamen successu temporis paullatim immutatum, aliam induit faciem, licet hodie neque, præsertim belli temporibus, usus ejus plane in desuetudinem abierit. Nam hoste finibus regni imminente, hoc modo, spe illius citius, ejus conamina patefiunt, atque sic sæpiissime eluduntur. Quare Polybius inter Romanos rei militaris & civilis scriptores præcipuos, caput facile exserens, artis hujus utilitatem descripturus,

hunc in modum verba facit (e). Maximam vero efficiaciam inter ea, que buc conducunt, habent accensi ignes. Jam primum quidem accenduntur, verum opportunitatem quandam gignunt, ut scire possit, quid agatur, cui id curae est, etiam si trium vel quatuor, sive etiam plurium dierum itinere disset, ut rebus auxilium poscentibus, per accensi ignis indicium ex insperato succurri possit. Expensa vero Gothicæque origini in priori dissertationis particula, vindicata vocis *Angari* etymologia, pauca cum de artificio ipso ejusque salutari & ingenioso instituto &c. colligere & per summa tantum capita eundo tradere nunc quoque constituerim, candidam benevoli Lectoris horum levissimorum, ob nimiam temporis angustiam, fractamque valetudinem, quæ non exiguum huic labori injecit moram, tumultuario calamo congestorum, spero & reverenter expeto interpretationem.

(a) *Sallust, bell. Catilinar.* c. 1. p. m. 6. (b) *Plaut. Mostellæ act. 2. c. 1.* (c) *Valerius apud Dionysium Halicar.* lib. XI. (d) *Ron. Styrl. B. 4. fl. 7. 5.* (e) *lib. X. cap. 39.*

§. II.

VArios instrumentorum speculari usui & indagationi adhibitorum significatus exposituris, varia se fidunt nomina, quibus olim insigniri solebant. Utpote *Angarorum*, quo ilia antiquitus a Svio-Gothis nuncupata fuisse probabiliter autumat Cl. Verelius (f) Cum angaris convenient pyræ vernacula lingua witar vel witar ita dictæ, a Gothicō witan custodire,

munire vel excubare. Itaque apud Ulphilam sepulchrum Christi witan i. e. custodiri jubetur (g), & pastores gregem witan i. e. custodire dicuntur (h). Hinc wāderwita *Aplusstre* ventorum flatum observans & ad eundem se componens (i) nuncupatur, & witar lapides limitanei, quod lineam & ductum ab uno angulari termino ad alterum monstrant (k). Ab eadem radice deducuntur *witaward excubia* (l), *witawardhall* pyrarum excitatio & cura (m), *wardweihla* custodia (n), *witakarl* pyrarum custos (o). Landwettar seu *Landawettar* tam pyras quam earum curatores denotant (p), utroq; etiam modo dicitur, ad hliada *wita* struem componere lignorum, & tendra *wita* rogum incendere (q). Hinc etiam *wadhalldsmenn* Vigiles (r), *wardweita* servare, custodire, curam agere (s). Hodienum wettar quoque dicuntur *simulachra* & exuviae avium, praelertim aquatilium, quas ad fallendum ignaras ejusdem speciei alias insidianium solertia aucupum quasi in excubiis collocare solet. Dicebantur quoque *kubbel* vel *kummel* quod *tumulum*, vel quod in tumulo vel editiori loco conspicitur, significat; & includit significatiu suo *Boskummel* (hodie *Bomärke*) *sigillum rusticorum rebus incisum*, eo quod characterismus ille instar tumuli plerumque insurgat (t). Et eadem fere potest esse ratio, quod tessera militaris olim dicta saerit *härkuml* (u). Observari heic etiam meretur vocabulo *kummel* non per le expressionem monumentum sepulchrale, sed signa scopulorum maiorum, quod reliquo mari fundo sint elevatio-

ra. unde hujus denominationis ratio pyris hæsit.
Habylar pyris porro nomen dedere voces **Ha** vel **A**
 excelsum, altum, & **Byle** quod edificium, struem saxe-
 am vel quamcunque alias hominum manu exstructam in-
 que apicem desinentem molem denotat, a veteri Gochi-
 co **Byllia** struere descendens, unde **bühl** s. bohl
 truncus arboris sursum excrescens, **Bill** vomer, fen-
 rum acutum, **Bila** securis acuta, **bill** s. pil sagitta cuspide
 habens. Inde etiam his pyris & ex illis quoque
 pagis & prædiis etiamnum vicinis **Albyles** pyræ ex-
 celæ nomen, quod in celsissimis montibus, quantum
 unquam tempestatis violentia permitteret, jam o-
 lim erectæ exstructæque fuerint. Subinde etiam no-
 mine **Kalſs** venire solebant, corrupte apud alias gen-
 tes Calpes & Klackſ; Voce enim **Kalſ** nostrates ex-
 primunt quidq; id in aliqua re eminet & altius exstat. Un-
 de **Kalſo**, **Kalſund** promontoria & scopuli sunt ma-
 rini, navigantibus cynosuræ instar fastigio suo ad cur-
 sum servandum rectum & indeflexum. Inde **Ven-**
Kalſwar / musculi carnosiores pone tibias eminentes, vulgo
 audiunt. **Kolſwar** obices ferarum, **Kolſ** sagitta cuspido mu-
 nita (v). Hisce autem temporibus nostri vocant has
 pyras **Wårdkashar** a warde curam, excubias notante,
 & Gothicō kāse hodie quoque usitato, capitis aut
 montis verticē significante. Hinc Chasvari, **Kastwår-**
 dar pyrarum custodes nomen acceperunt suum. Illæ
 vero pyræ in littoribus maris primum exstructæ, ho-
 stium adventui & irruptioni civibus indicandæ præ-
 cipue apud nostrates olim inserviebant, in meditulliis
 terrarum antea strui non solitæ, quam silvæ excise
 libe-

liberius per terras iter incolis non modo, verum & hosti præberent. Ceterum remotis illis impedimentis & quasi repagulis, omnia fere editiora loca struunturæ huic institutoque idonea, ejuscemodi pyris sunt ornata, quo hosti, ad limites regni accedenti, in interiora ejus, antequam conamina civibus patefierent, penetrare non liceret Quare custodes etiam, in primis ad fines regni, hisce certi erant constituti, qui cognita hostis adpropinquatione, pyris ignem subderent; quo facto, cives de flammæ indicio anteā eruditæ, prompti ad loca sibi a principe aut legatis illius destinata confluxerunt, adversariis non modo obviam ituri, verum etiam, priusquam viscera regionis corripere & vastare possent, expulsuri. Quod in patria nostra olim beneficio & solertia hujus artificii apprime opportuni & ingeniosi, æque ac in aliis terrarum locis, postquam illis innotescere cœpit populis, felicissimo cum successu factum esse, historici fide dignissimi memoriæ prodiderunt. Tantum tamen abest, ut in hostium conatibus ac moliminibus præveniēdis usurpatæ tantum fuerint strues & pyræ istæ, ut ad alia quoq[ue] lata multa & tristia pro re nata, per signa de quibus speculatores inter & eos, quorum intererat, convenerat, indicanda, quantum fieri posset, usum præbuerint insignem, licet omnibus omnino negotiis ad publicum æque ac privatum commodum eujusvis spectantibus vix suffecerint. Deinde hoc nomen attribui solebat etiam Pharis, quæ in promontoriis maris & ad ostia fluminum aut sinuum, quemadmodum in Belgio alibi præcipue ac proprie

ad

ad cursum navium dirigendum, ne in scopulos tempore nocturno incident, & tutam simul in portum viam navigantibus monstrant, exstructæ visuntur. Verum exigente ita necessitate has etiam specularum instar usurpatas fuisse, quin & nomine eodem venisse quoque fidem nobis faciunt historicæ & monumenta veterum. Has excipiunt denique Persarum Tabellarii, qui in Perside non solum verum etiam vicens terris *Angari* sunt nuncupati. Unde a veritate haud alienum quibusdam est visum per *Angaros* proprias postas intelligi debere; præsertim iis hæc opinio arridet, qui Cyrum artis inventorem fuisse existimant. Sed qvum ex historicorum monumentis edoceamur, *Specularem*, qualem eandem ante explicavimus, significationem, nec Persis ante cursorum publicorum vel tabellariorum institutionē fuisse ignotā, ideoque è re non esse videtur, ut ei a nobis subscribatur opinioni, præsertim cum & aliæ rationes idem, qvod nos urgemos, evincentes in promtu sint.

(f) not. ad. bīst. Herrand. & Bos. (g) Math. 27. v. 64. 65.
 (h) Luc. 2. v. 8. (i) Konung. S. §. 159. (k) Veret. not. ad bīst. Götr. & Rolf. cap. 4. (l) L. L. Gulading. Landward. B. c. 4. (m) L. L. Berg. (n) Gotr. & Rolf. pag. 200. (o) Kon. S. (p) Snorre Sturles. p. 128. (q) Ol. Vorm. lex. Run. (r) Götr. & Rolf. S. c. 41. (s) W. L. L. Kyrck. B. fl. 1. §. I. & 12. (t) Upl. L. L. widerho fl. 27. Joh. Loccen. Juris Svio-Goth. Lexic. (u) Konung. S. p. 212. (w) Rudbeck. Atlant. tom. 1. pag. 679.

§. III.

QUAM densissimis antiquitatis tenebris sit inv-

lu-

lulum, multisquæ acutissimis historicis etiamnum
 aqua hæreat circa auctorem pretiosissimæ hujus ar-
 tis investigandum, res operosæ erit indaginis. Polybius
 hanc inventionis gloriam quidam adserere non du-
 bitarunt, quorum ut suffragemur opinioni, vetat hi-
 storicorum fides. nam ante eum Aeneas commentarii
 σεαληγυμων, & in iis artis hujus præcepta, ab eodem
 condita, fuerunt. Cui etiam præexistere Cleoxenus &
 Democlitus, ambo hac arte insignes, quemadmodum
 Polybius (x) fatetur. Alii eandem Lynceo aut si ma-
 vis Lino Ägypti filio vindicare satagunt, qui mis-
 ricordia conjugis suæ Hypermnestrae motus, clam te-
 surripuit, atque Lyrceam oppidum venit, ubi face
 sublata, adventum ipsi suum significavit, quod ab illa
 mox reciprocabatur indicium (y). Sed Φευλωειας origi-
 ne ulterius extendere jubet historia Cereris, quæ cum
 filiam suam a Plutone ereptam non invenit, facibus
 accensis per totum orbem quæsivisse dicitur.
 quod indigitare etiam videntur verba Barclaji (z), Po-
 lyarchum, de origine Angarorum, Timocleam allo-
 quentem fingentis: *Expectabam, O matrona, ut hunc*
morem ab antiquissima facum religione deduceres, quas in
vestra Ätna vaporibus orba Ceres accendit. Alii autem
 illam referunt ad tempora belli Trojani, ubi facum
 usus satis fuit, svasu Palamedis, præclarus. Sed ne-
 que huic adquiescere possumus sententiæ nam vel co-
 lumnæ Herculeæ, significationi olim speculari inser-
 vientes, hisce temporibus sunt antiquiores, quæ ta-
 men probe ab illis columnis Herculeis sunt distin-
 guendas

35

guendæ, quæ metæ victoriarum ejus fuere. Qvamob-
rem genuinus hujus auctor instituti censetur, *Saturnus*
(a), qui ut aliarum artium bellicarum peritia, ita hu-
jus quoque inventione, quam maxime insignis erat,
quemadmodum *Celeb.* Rübeck olim existi-
mavit aliosque docuit (b). Huic οὐγχεως fuit rex Go-
thiæ *Ericus* quem in insulis Fionia, Falstria, Selandia,
Mœonia ac Lalandia strues ejusmodi plurimas exstru-
xisse pleræq; historiæ nostrates volunt, unde nomen
satis diu ipsis quoque insulis vetustum illud *Wetalahed*
ab *hed* planicie seu *solitudine & vita h. e. pyra speculatoria*, hæsit (c). Cuinam hōrum inventionis glo-
ria sit tribuenda, lis est, cui dirimendæ me prorsus
imparem deprehendo. Alterum autem auctorem
prudentissimi hujus instituti extitisse, extra omnem
dubitacionis aleam possum esse videtur, atque
vel inde patet, quod nomen arti impositum Gothicis
gaudeat natalibus: hincqve eodem in solo ipsum
etiam artificium natum atque ortum esse, secus sen-
tientes, ut mihi largiantur, necesse est. Sufficit hos
ambos heroas οὐγχεως fuisse, alterum *Angarorum*
inventorem extitisse, atque tempus inventionis ex
calculob. Rudbeck (d) (qui detractis antiquitatis lar-
vis, plurima in patriæ comodum detexit & luci pu-
blicæ restituit) in annum mundi bis millesimum præ-
ter propter, atque ætatem Abrahami coinci-
dere. Verum certum hitce dynastis in chronolo-
gia adsignare locum, res est longe supra meas vires
posita, ideoque majoribus ingenii viribus pollenti-
bus

bus, eam tot tricis involutam extricandam atque ex
cutiendam relinquo.

(x) lib. X. 40. & 42. (y) Paus. lib. 2, pag. 430. (z) Argen.
lib. 1, cap. 3. (a) de quo Atlant. tom. 1. cap. 28, integr. (b)
vid. dissertat. de Angar. Upsalie superiori seculo habite membr.
I. §. IV. (c) confer. J. Magni biss. septent. D. Pet. Bångs
biss. eccles. Svio-Got. Mich. Joh. Watrang, Theatrid, Svio-
Gothic. antiqu. pars I. (d) Atlant. Tom. I. p. 771, tom. III.
p. 136, & 387. (e) confit. cit. dissertat. membr. II. §. IV.

§. IV.

Materia, ex qua confici solebant *Angari*, varia
fuit pro lubitu cuiuscunque modo esset arida,
atque igni concipiendo conceptoque seryando apta.
Nam certum lignorum delectum priscis temporibus
usitatum non fuisse indicat Hesychius, qui sub no-
mine πυράλη, οψοπτεια, οπλαιεια, κατ' ίδη χαντίμης Φεγγα-
να, ή ξύλη omnia tomenta igni concipiendo idonea
comprehendit & Φεγγιος ξύλον ξηρον vocat. Quod au-
tem lequieri ævo certas elegerint lignorum species
haud imprudenter tactum est. Adhibuerunt enim ve-
teres virgulta minus virentia cito arescentia & igni
accommodata, quæ genus tertium frutices inter &
herbas esse, ac τρευτικα vel φυγαδικα nomine pro-
prie venire putantur a Gulielmo Budæo (f), & quer-
cum præ ceteris ob robur suum (g), illicemque ob
picis abundantiam hoc in negotio laudari legimus,
de quo Aulus Persius ita fatur (h):

Jupiter! at seje non clamet Jupiter ipse

*Ignovisse putas, quia cum tonat ocyus ilex.
Sulphure discutitur sacro.*

Pinus nec non larix huic instituto accommodata etiam fuere. Atque haec singulares sunt lignorum species, quae deinde pyrarum usui adplicatae sunt. Nostrates abiete, (idiomate vernaculo *Furū*) ob pinguedinem, flamas facile concipiente, ab antiquo *Fyra* urere & *Fyr* / *Fur igne* (i) usi sunt, immo etiam alia lignorum genera adhibuerunt arida, iis praesertim in locis, ubi ejusmodi pinus non inveniebatur. Piceæ autem arbores præcipue facibus illis construendis, quibus signa recentiori tempore dari cœptum est, inserviebant, quippe quae ignem apprime fovent. Sic Hannibal faces ex colligatis lignorum aridorum fascibus fecisse memoriae proditum (k). Componebantur eadem etiam ex fustibus inque multas aristas incidebantur, & subinde cera oleove inungebantur, quo facilius ignem conciperent, conceptumque servarent. Ex funiculis quoque contortis factæ sunt aliæ faces, & cera vel pice circumdatae unde Gallicum illud *torche* derivat Martinius (l). Harum autem facum rarus erat in bello usus, dio enim non exponebantur, sed intra laternas contra tempestatum vim continebantur. Quatuor facum harum genera recensentur a Lælio Bisciola (m), ut aliæ sint *nuptiales*, aliæ *ludicra* aliæ *speculatoria* & aliæ *viatoria*, quibus duo adhuc addi possunt, nimirum *sacerorum* & illæ quae *auguriis* inserviebant (n). Restat illud genus facum, quae *viatoria* nuncupantur, hodieque apud nostros sunt in usu, præsertim tempore auctumnali,

mnali, quandocumque necesse est, ut inter vicos procul
a se invicem distantes iter tempore nocturno faciant,
dum accendunt hujusmodi faces, antea ex piceis li-
gnis confeatas, ut eo tutior illis sit ad loca destinata
transitus. Ne quid de illis ignibus dicam, qui nocte, *Val-*
burgis diem praecedente, per prædia & pagos ad remo-
venda omnia a pecorum pastu noxiorum animalium
pericula & olim & hodie accenduntur. Præcipue au-
tem ejusm, tædarum usus in festo Juliorum est insignis.
Incolæ enim alicujus parochiæ, qui procul a suo tem-
plo distant, cum ipsis curæ cordicque sit quam maxime,
ut hoc festo æque ac aliis templum frequenter &
tempestive convenient, atque si justo aderunt tem-
pore, e re ipsis sit, ob longum iter, ut ante solis or-
tum domo egrediantur sua; tunc ad terrores & te-
nebras dispellendas, variaque alia incommoda aver-
tenda, quæ in densis tenebris ambulantibus facililime
occurrere possent, magna hominum multitudine ad
proficiendum, si sors atque occasio ita ferre queat,
consociata, quo eo jucundius ipsis reddatur iter,
faces succendent, ex quarum luce pedibus eentes
æque ac equis vecti, utilitatem percipiunt luculentam
& manifestam.

§. V.

(x) *Comm. ling. Græc. voc. Φευγαν.* (g) *Lal. Bisciola bo-*
ris subciss. tom. II. l. XIV. c. 18. 13. (b) *Sat. 2. v. 23.* 5.
seq. (i) *Edda norr. ignis.* (k) *Polybius l. 3. c. 93.* (l) *Lex.*
Philol. voc. fax. (m) *bor. subciss. tom. II. c. 18. 1.* (n) *differ-*
tat. cit. membr. II. § 2. ubi de facum generibus B. L. sa-
git fieri.

IT non de materia peculiari, ex qua confici deberent pyræ, ita neque de singulari forma iisdem induenda adeo sollicitos fuisse, sed varias lignorum species collegisse, atque in cumulum conjecisse, eisq[ue] deinde facibus admotis ignem subdidisse constat. Quadrata inde ipsis placere & adridere cœpit figura, sed multis tabulatis distincta, ita ut tabulata in altum exsurgentia magis magisque contractiora fierent, ad modum suggestorum eum in finem a Romanis præparatorum, ut in illis cadavera defunctorum cremarentur, quorum descriptionem nobis exhibet Herodianus (o). Sed quam ut prolixam nimis, quia hilce inferre non vacat, ideoque ad ipsum auctorem B. L. remittimus. Aliam autem formam delineat Barclajus in dialogo Polyarchum inter & Timocleam (p). At Timoclea, ait, num tu vero in cuiusque collis jugo arborem non vidisti, in longitudinem mali defixam, cuius apex in cavae modum ferro undique per radios præcincte laxatur? Annente Polyarcho, haec sunt, inquit, publicæ arbores ad id ipsum constitutæ, ut ad regis imperium impostis in vertice facibus negotii signum dent, quod illis oporteat per populum procurari. Quæ delineatio proxime accedere videtur ad formam instrumentorum, quibus piscautores uti solent tempore nocturno, cuius summæ cavitati ferræ plerumque, ligna arida picea imponuntur, ad illustrandas aquas, ne tenebræ ictum in pisces intentatum eludant. Non nihil dissimilem forte formam de-

describit Bootius (q) *Angarorum*, ad modum tere
eorum, qui in Hibernia a Danis exstructi putantur,
quam hujus sciendi cupidus apud ipsum videat. Py-
ramidalem vero & conicam figuram & aliis genti-
bus & nostris præcipue borealibus ut aptissimam,
maxime adrisse adserunt celeberr. Rudbeck (r), &
Olæus Magnus, cui hæ pyramides dicuntur i-
gnitæ atque ita ad eam figuram sunt exstructæ, ut
earum substructiones saxa, apices vero, pinus in
accervos congestæ constituerent, quippe quæ huic usui
quam maxime idoneæ, quemadmodum ex §. supe-
riori quodammodo patet. De facum autem figura
qui informari cupit legat disput. a nobis læpe cita-
tam (s), & auctores ibi allegatos, unde notitiam de
illis sufficientem haurire potest.

(o) Lib. 4. c. 2. comm. 12, 13. 14. 15. (p) lib. I. c. 3. (q)
animad. sacr. 2. & in dissertat. cit. (r) Atl. tom II. pag.
96. (s) membr. I. §. VI, pag. 17. 18.

§. VI.

UT rationes aliis necessaria significandi felicem
fortinentur eventum, loca pyris vel speculis
ejusdemodi exstruendis idonea, excelsa & oculis per-
via, veteris ac recentioris ævi homines elegerunt, quo
ignium flamma procul conspiceretur ab iis, quorum
intererat. Unde Homero loca eminentiora dicun-
tur ἀνομαι, in quibus speculatores dispositi erant. Et
Suidas οὐρανὸν ἀιωθεῖ, οὐκ οὐ τὸ ναύπλιον & Φευλωρία α-
ναστοι μετανυσσον. i. e. Igne superne sublato signum
do,

do, quod pulcherrimum est, ostendo, & speculatio superne
 offendens. Præterquam quod Olao Magno in
 vertice montium positi describantur & Barclajus (1)
 seriem significationis faciendæ demonstraturus, di-
 cit illos qui primi ignes conspexissent, montium
 etiam suorum juga pari fulgore illustratos, ex-
 exemplis & experientia insuper res ista adstrui nullo
 negotio potest. Philippus Macedonum rex, ut ho-
 stium conatibus mature præveniret, in Phocidem,
 Eubœam & Peparrethum mittit, qui loca eminen-
 tia ibi feligerent. Ipse in Tilæo (mons est in alti-
 tudinem ingentis cacuminis editus) speculam poni-
 jussit, ut ignibus procul sublatis, signum, ubi quid
 molirentur hostes, momento temporis acciperet (2).
 Asinius & Ventidius ex castro Fulginio centum &
 sexaginta stadiis Perusia distante, multis noctu igni-
 bus incensis, Lucio in civitate dicta a Cæsare ob-
 fesso indicabant, se, quam primum fieri posset, ipsi
 auxilium allatuuros (3), unde constat loca alta huic
 negotio cumprimis a veteribus destinata fuisse. Ce-
 terum, qvibus soli natura hanc denegaverat præro-
 gativam, in ipsa planicie quoque opera ejusmodi ar-
 te edita, & talibus signis edendis apta excitare adla-
 boravere, qvæ formam fere pyramidalem expresse-
 re, ac certissimum rei, de qua convenerat, indicium
 itidem pertulere. Turres etiam præaltæ, exigente ita
 necessitate huic rei officium exhibuere suum, πυργί^α
 dictæ, & excubias in illis agentes generali nomine
 πυργεῖ & φρυξλαγὶ πυργὶ τὸ φρυξλός, ac, ut vult B.
 mili.

milius Portus (*y*), quod tam faces custodire, quam easdem in altum tollere, munus ipsis commissum injungeret. Hinc tamen existimandum non est, pyramidalem structuram plurimis, nedum omnibus fuisse communem, quemadmodum picturæ a Lipsio in tractatu de militia Rom. (*z*) nobis ob oculos positæ, evidenter demonstrant. Verum cum fulgor horum ignium facile tempore diurno solis splendori cederet, ideo fumo interdiu signa transmiserunt, & noctu ignium ope; qua ratione Thebanos celerime etiam (nimirum per speculas diurnas) ad vindicandam libertatem, & Lacedæmoniorum jugum excutiendum fuisse convocatos, narrat Plutarchus (*a*). Nec morem hunc Alexandro insuetum fuisse tradit Curtius (*b*) Tuba, cum castra movere vellet (Alexander) signum dabat, cuius sonitus plerumque tumultuantum fremitu exidente, haud satis exaudiebatur. Ergo perticam, quæ undique conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum, observabatur ignis noctu, fumus interdiu. Φευστὶς seu πυρεύλας hosce diversi honoris ac dignitatis fuisse faciles credimus, ita ut ἐποτῆνες animadvertores egerint alii in aliorum ministeria, Sic summa artis hujus cura atq; inspectio Græcis erat penes Ιωνιανούς, quo officio olim Byzætii funeris esse Joan. Zonar. refertur (*c*). Sed artificium hocce, ut initio admodum rude fuit, adeoque omnibus necessitatibus civitati indicandis vix sufficiens, ita varios modos pro rerum diversitate signa dandi, progrediente tem-

pore excogitaverunt. Hostis adventum πυρετούσαι si-
gnificaturi, suas, qui primi illum conspexerunt, ac-
cendebant faces, quo ipso ceteri admoniti pari ful-
gore integrum regionem momento fere collustrarūt,
quò cives e vestigio ad proximas urbes, & alia loca si-
bi destinata confluenterent, Pari modo fiebat, cum ali-
ud quid ab imperante, civibus cito denunciandum
statuebatur; eadem celeritate tum quoque accende-
bantur; flammaque visa, quorum intererat, celer-
rime concurrerunt. qvo facto princeps ad proxi-
mam civitatem quendam mittebat mandata sua per-
ferentem: quæ ab alio cive mox recentibus equis
ad aliam transferebantur civitatem, ex qua deinde
eadem celeritatis fides exigebatur, ita ut exiguo tem-
poris spatio regis voluntas omnib⁹ in universum sub-
ditis innotescere posset. Varias methodos & modos
pro re nata signa dandi, videat, cui volupe fuerit, in
disputat. saepius nominata adductas, quo B. L. re-
mittimus

(t) argen. l. I. c. 3. (u) conf. Livius XXVIII. c. 5. Polyb.
lib. X. c. 39. (x) App. Alex. de bell. civil. lib. V. p. m. 423.
(y) Gloss. ad Suid. voc. Φρυνώπια (z) lib. V. dial. 9. p. 178
(a) libell. de gen. soc. pag. 598. (b) Q. Curt. V. c. 12. 7 (c)
Bonavent. Vulcan. Schol. in Arist. de mundo. c. 6. in sept-
us laudata differt. de Angar. cit.

§. VII.

Hebræis specularem significationem non fuisse igno-
tam, testantur Doctores Hebræor. R. Raschi &
R. Dav. Kimchi (d) nec non Bootius (e), qui plurimas

ex sacris allusiones ad Angaros factas collegit. Græcis non minus eandem fuisse familiarem, plurima fide dignissimorum virorum scripta comprobant. Post Philippum enim Macedoniæ regem, cuius mentio ante est injecta, filium ejus Perseum artem hanc excoluisse docemur ex Suida (f) & Aristophane (g). Artem hanc in Asia nutantem, restauravit Antigonus, *Ipse universam Asiam, cuius erat dominus, facibus & tabellariis instruxit, quorum opera celeriter administrarent omnia (h).* Arabes quoque nec latuit, quod Bonavent. Vulcan. sequentibus clare indicat verbis (i), cum *Arabum, ex Frontino, esse notam consuetudinem, ait, de adventu hostium, interdiu fumo, noctu vero igne, significare.* Plurimas ejusmodi strues in Italia ad mare Tuscum & Adriaticum inveniri, adfirmat Solinus (k), præsertim in Sicilia & regno Neapolitano, imo etiam in littoribus maris Adriatici, ex quibus speculatores noctu flamma, interdiu pulveris nitrati fumo, classe hostili Turcarum adpellente, signa dare solent, ut incolæ in intimis regionibus ad furem hostium cohibendum & arcendum confluant. Nec ab antiquis fuisse parvi factam Romanis, declarat verba Ciceronis in artis neglectum invehentis (l) *Nam sicut antea consuetudo erat, predonum adventum significabat ignis in specula sublatus, aut tumulo; sic flamma ex ipso incendio navium, & calamitatem acceptam & periculum reliquum nunciabat.* Ad fretum Gaditanum seu Gibraltar speculam se vidisse refert Monconnu (m). Cujus generis forsitan censentur illæ turres,

de quibus narrat Livius (n), quod iisdem & speculis &
propugnaculis adversus latrones utantur Hispani, in quo-
rum regionibus plurimas inveniri a Mauris relictas
adserit Bonavent. Vulcanius (o), e quibus, ignibus
accensis, nuncium de adventu hostium per omnem
regionem transmittebant. Montes Helvetii pluri-
mas nobis strues monstrant hodieque, ex quibus
respublicæ eorum magnam satis percipiunt utilita-
tem, quod anno 1712. satis est compertum. Ar-
mis enim Gallicis, ad fines eorum adpropinquanti-
bus, unius alteriusve horulæ spatio, aliquot millia ho-
minum confluxere sed res in discrimen non fuit de-
ducta. In Hibernia plurima etiam præsidia specu-
laria ob oculos sunt posita, passim a Danis olim ex-
structa, unde mumenta Danica audiunt. Nec A-
mericanis illis carent, si fides Garcilasæ de la Vega,
in dissertatione dicta (p) citato, sit habenda,
qui inter alia narrat custodes specularum ab indi-
genis *chankes* adpellari, & senos atque octonos per
singulos leucæ quadrantes, in tuguriis dispositos esse,
cursorum munere fungentes, qui literas vel manda-
ta a suis stationibus ad proximas quasque perlaturi
essent. Unde magna celeritate etiam inter illas gen-
tes omnia peracta fuisse existimantur.

§. VIII.

(d) Lex. & comment. (e) animid. sacr. I. 2. c. 5. (f)
vñ. πυροτεύ. (g) ñem. 153. (h) Diodor. Sicul. Biblioth.
lib. XIX. p. 637. (i) Schol. in lib. de mundo c. 6. & lib. II.
c. 5. (k) cap. XI (l) orat. X. in Ver. (m) tom. III. itiner.
p. 23. (n) lib. XXII. c. 12. (o) Schol. in lib. de mundo c. 6. (p)
membr. I. §. 10. pag. 37.

§ VIII.

Cum patria nostra dulcissima, angarorum inventionis ac institutionis gloria superbiat, operæ pretium erit, aliquot illorum enumerare ac perlustrare. Antiquiorum forte primum sibi vindicabunt locum columnæ Herculeæ, huic usui in primis olim inservientes, quærum una in littore Selandico, altera vero prope Helsingburgum in Scania in colle Tordåsen/ *frvis colle* (q) erant positæ, unde freto, præcipue littori Selandico, nomen *Helsingfundsör* / *sacri freti saxum vel columnam*, ab *helig* / *acro* *sund* *fretu* & *ör* *saxis*, materia puta columnarum, nomen hæsit. Hæ autem, ut antea monuimus, non sunt confundendæ cum illis columnis, quæ metæ victiarum ejus fuere, & certè hoc in loco collocari nequeunt. Illas columnas speculas vocitat *Florus* (r); nam iisdem in utroque littore positis a piratarum continua plerumqve & cum injuria prorumpentibus ex insulis illis insidiis, Gothos suos liberare voluit Hercules. In Juthia & præsertim in insulis illis Selandiæ, Fioniæ, Mœoniæ, nomen *wetalashed* / *witaheid* / *witaslett* / *witaland* / *witaheim* / *rogi* *witarna* hinc & illinc in illis positi, olim dedere. Quorum vestigia etiamnum plurimis in locis earum regionum leguntur, ut in Juthia *Hvatbohårad* / & ad extremum ejus promontorium *Kasheberg* / *witsberg* / *wardeksfum* / *Kashwarde* / *Kashchagen* / & id genus alia plurima. In Selandia, *Wetbeck* / *witar* / *wårdö* &c. Fonia, *Kassegård* / *Hwetholm* / *Kasheland* &c.

In

In Scaniæ littore, Hwideby / Ræsberg / Ræssta /
 Ræselösa &c. Ut autem plenius hæc percipientur
 nomina, tenendum est, in lingua Gothica, per Ræ-
 sar, wardar / witar & wetar / hujusmodi pyras ple-
 rumque intelligi, ut antea dictum (s). Rationes au-
 tem ex aliis desumptas, qvibus valide satis probatur,
 Herculis columnas, specularum officium olim ex-
 hibentes in littorib⁹ nominati freti Oeresundensis ex-
 structas fuisse, in dissertat. cit. (t) videoas adductas plu-
 rimas, qvam si volupe fuerit, & auctores citatos
 consulat B. L. ipse. Hisce subjungitur agger ille
 danawärke / in quo exstructæ erant tarres vel specula po-
 tius, per intervalla ita dispositæ, ut ex iis eminus adven-
 tantem hostem facile esset animadvertere (a), sed hic
 dupli potissimum usui inserviit, & munimento ad-
 versus externam hostium vim, & significationi spe-
 culari. Quem etiam exstructum primum fuisse a
 Gotfredo vel Gotrico putat Ol. Wormius (w), sed
 firmis a celeberr. Atlant. auctore probatur argumen-
 tis, Svitħos hujus prima jecisse fundamenta, qvo in-
 colarum in terris Witaslätt / libertas, suorum tunc
 subditorum, sarta tectaque constaret (x). Et eam fil-
 vam qvæ Bacenis, Vackesfogen dicitur, qvam pro
 munimento Svevi, Iul. Cætari armis sese infestanti,
 objecere, aliam non fuisse, qvam qvæ seqventi tem-
 pore witebackens / Easchackens & danawärkes nomen
 subierit, eodem in loco monstrat celeber. Rudbeck.
 Qvod agger hic speculæ naturam exuerit, inde fa-
 tum esse putatur, qvod Haraldus Gormonis Blå-
 tand

tand s. festa dictus, cum piæ Ottonis I. petitioni, ut religionem amplectetur Christianam, renuens, bello petitus, victoram adversus imperatorem obtinuisse, qvin & majores contra se vires comparari audivisset, de munimento sollicitus illico esse cœperit, ut arte id, qvod viribus neqvibat, efficeret: qvem in finem eundem communivit. num autem hodie dirutus sit, vel pro munimento usurpetur mihi certo non constat.

(q) Pet. Cläff. M. S. (r) IV. 2. 76. (s) plura de his quæ desiderat, cons. Rudbeck. Atlant. tom. I. pagg. 495, 496. 584. 674. (t) membr. II. §. 4. p. 43. 44. seq. ad calc. §. (u) Pontan. rer. Danic. lib. V. (w) monument. Dan. I. I. c. 8. (x) Rudbeck. Atlant. tom. I. pag. 589.

§. IX.

AD alias nostratiū speculas recensendas porro properamus. Prope lacum Ekalen ad portum ejus Flotsund / locus est a pyris denominatus, Wård-sattra / ubi olim pyram excurbiæ habitæ sunt, non procul ab Upsilonia. Ab altera parte Upsaliæ, ecclesia Waksala / vel qvemadmodum in monumentis literariis haberi adserit nobiliss. Hrnhielmi (y), Waks-hald/ inde eriam nomen sortita est suum. Birca metropoli regni existente, intervalium qvod inter eam & tunc temporis Agnesit/ hodie Stockholmiam, intercedit, quatuor pyras sustinuit. Qvarum prima in monte Brunkberg / altera juxta prædium Konge-hatt / tertia in Blockhusund / hodie Blockholsund /

qvar-

qvarta ad lacum , qvo iter ad Blockhussund institui-
tur, in monte Wårdbyberg / unde prædio huic vici-
no deinde nomen hæsit. Dalekarliæ orientalis pa-
ræcia Elvedalen talem sicut pyramidam Wåsbergs flack
vel wittur vocatam. In parochia Gagnåf Liurmo flack /
& Bispes flack in ecclesia Såter reperiuntur. Pari mo-
do in Gothiæ confinio & colle Hallandsåhs ingens mo-
les , nomine Bolstad nota est. In Vestrogothiæ parte
mediterranea per planitiæ æquoris & regionis vicinæ
non minoris usus & opportunitatis, quam raræ ma-
gnitudinis moles ejusmodi lignea in figuram metæ as-
surgens , una cum excelsø , cui insidet , colle kin-
diæ , vulgo Kindakulle / (qvæ a suscitatis in illius
vertice custoditisqve speculatoriis ignibus & sibi &
territorio, qvo cingitur gemino, (*) Kindehårad & Kin-
desierding nomen peperit) se oculis etiam procul ad-
spicientium suscipiendam præbet , Immo regionis
Ost - & Sud - Gothiæ oras plurimas ostendere py-
ras certum est , qvas qvidem jam enumerare pro-
posita brevitas non permittit. Inter scopulos stiå-
gården / qui à mari Stockholmiam iter præbent , in-
lula est Alholmen l. Simpenås / angaro , & promon-
torium Landzort & pharo & angaro adornatum &c.
In parochia Øssino Sudermannorum prope prædium
Kalsö pariterqve ecclesia Järna ad prædium e-
questre Brandalsund habentur pvræ, nec non in lit-
toribus Roslagicis Hästverö & Weddö ; præter plu-
rimas alias , qvibus littora borealis Svitihæ instru-
ctissima , contra Muscovitarum irruptiones , esse no-

vimus. Celebriores in Norrigia fuere qvondam in
 insula Fentring / Had & Degramula / præter quas,
 plurimas etiam alias ibi fuisse, faciles creditus; præ-
 sertim Haqvini Adalsteinii regis ævo, qvi omnia edi-
 tiora loca per totam regionem ad oras præsertim
 Norrigiæ maritimæ, pyris instrui jussit, perhiben-
 te Sturlonide (z). Ignium horum usum, hodie apud
 nostros, necessitate sic exigente, neqve exolevisse,
 ostendit epistola ac mandatum typis excusum, du-
 cis exercitus Svecani adversus Danos immort. m.
 Herois & Comitis Magni Stenbocks, patriæ nostræ
 propugnatoris ac vindicis integerrimi, ad incolas
 provinciæ Bohusensis & Daliz Anno 1712. missum.
 Hafswandes jemwäl en noga omnivårdnad och tilseende
 öfver de anråttade vårdkasar / så at det fienden skul-
 le fördrista sig antingen på land eller sidan / at än
 en gång försöka något inbrott / vårdkasarne då an-
 fändas / och hvor man ur huse församlas at slå si-
 enden på husvudet och honom tappett utjaga. Qyan-
 ta autem fide & integritate , pyrarum olim curam
 gerere illi, qvorum intererat, apud nostrates præci-
 pue obstricti fuerint, ex legibus nostris patet. Ne-
 glectus vigiliarum gravissimæ æstimabatur multæ,
 adeo ut non modo sex, verum etiam si qvid inde
 damni reipublicæ acceleraretur, 40 marcarum mul-
 tæ, qvæ omnium in legibus definitarum maxima
 est, expenderetur (4). Ceterum varia horum igni-
 um nomina in legibus recensentur, ut wardehöfer /
 hotawards. bergward in promontoriis & montibus, by-
 award

award circa pagos, Strandward s. Nassaward in litore. Unde igitur concluditur, cum tot fuerint pyrarum genera, nec omnia ejusdem utilitatis, singulorum neglectum sine discrimine, pari pena multatum non fuisse, sed in promontoriis ac finibus regni gravissima aestimatum, cum sedula ignium illorum procuratio ad totius reipublicae securitatem ac salutem pertinuerit. Primis temporibus, uti etiam hodie a nostratis ad praecavendas solum hostium irruptiones, usurpati sunt ex sententia Ol. Magni (b). Cujus rei testimonium occurrit etiam in LL. Frostratingensibus (c). Ab aliis autem gentibus variis negotiis indicandis in vita civili, non sine civium exigua utilitate, exhibiti sunt, ut supra est observatum.

(1) hist. Eccles. Svo-Gotb. IV. 5. 187. (2) Heilins Kring. p. 14^o. (a) Upl. L. L. R. B. 12. Hels. L. L. R. B. 9. fl. Wessm. L. L. cap. 8. Suderm. L. L. R. B. 11. fl. Han. L. L. Bigning. fl. 34. (b) hist. septent. c. X. (c) Landw. B. cap. 3. (*) conf. Thes. X. ab initio.

§. X.

CUM supra mentionem injecerimus Pharorum & in pyrarum numerum merito referantur, illas in transcursu nominare, non abs re fore existimamus. Haec dicebantur olim vitar, primario, ex vite, bite, signum, testimonium, monumentum, quod a verbo vita, bitem, bæta, scire, innotescere, signare, reparare, decere. Unde boeta steinar, (*) Lapidés signati, memoriales, mercuriales; qui simpliciter merken vocitantur, secundario ex viti ignis cognomine in Eddæ appellatio-

tionibus veniūt. Hinc brāña vita / & finita hal, ** accē-
 dere pyras. Notatur ὡς ταῦτα, qvod ex banta, bata,
 deducatur bauten, insignis, eximius, sverdbaute, bellator in-
 signis. Sūtq̄ Phari turres eminentes, in insulis, promontoriis,
 & aliis in mare excurrentibus terra partibus, exstructe:
 Ubi ignis carbone fossili, vel ligneo, & in laternis, vel et-
 jam lampadibus ad concava metallica specula fopetur, lu-
 menque noctu transmittitur ad dirigendos cursus navi-
 gantium, iis præcipue locis, ubi Rhombus mutandus, vel
 portus intrandus. Hinc specula dicuntur maritime, ignes
 publici, ignes littorales, turres igniferae, qyemadmo-
 dum illarum indolem utrumque in erudita sua disser-
 tatione Ampliss. D:rus Magister Nic. Hasselbom Ma-
 themat. in hac Academia Professor longe celeberri-
 mus, patronus meus optimus, sincero animi adfe-
 ctu ad cineres usque submisse colendus, accurate
 delineavit. Ex qva vero descriptione, ut & anteceden-
 tibus constat, illas præcipue ad cursum navium di-
 rigendum fuisse adhibitæ, licet, exigente ita neces-
 sitate, specularem usum juxta non raro præstite-
 rint. Unde ab adcuratioribus id observari solet di-
 scriminis Pharos inter & alias pyras, qvod Phari in
 littoribus maris positæ & ripis fluminum, suo usui
 destinatæ, non nisi summa urgente necessitate, ad
 machinationes bellicas significandas uturpentur, py-
 ras vero speculatoriæ & in littoribus maris, & in
 meditullio terrarum, ubi natura loca illi structuræ i-
 donea denegavit, arte parentur. Qvod tamen ab
 omnibus adeo accurate non observatur, ut pote He-

rodiano, qvi in descriptione Pharorum promiscue vocabulis Φάρος & Φευλαία utitur, unde multi eam nullius momenti esse existimarunt. Plura, qvi desiderat ad illustrationem Pharorum spectantia, differentiationem eruditam supra nominatam consulat, in qua ipsi ex alio satisfiet.

(*) Lāmbōde promontorium Alandie in parœcia Läimland/ pyram in illo excitatarum memoriam refricens. (**) Reindelmeſha seu Liuſmeſha veteris ecclie, & Germannum Kindholz resina pingue, concipiendaque igni apprime idoneum lignum.

§. XI.

NEc Persis specularem usum fuisse ignotum certum est. Cum enim imperium Persicum tunc temporis longe lateque pateret, multisque nationibus & linguis constaret, necesse erat, ut ejus Monarchæ de ratione vicinorum conatuum rescendorum solliciti essent. Hinc itaque illis neqve defuit, quomodo quam velocissime & nunciarent, & quid opus factu esset, cognoscerent. Habebant enim vigiles in speculis collocatos, qvi vel clamore vel igne sublato alter alteri, secundus tertio, ordine non interrupto necessaria significabant. De clamore succedaneo nos instruit Diodorus Siculus (*l*) his verbis: Persis plerique montana est & vallis interrupta, in quibus consistunt homines maxime vociles: specula autem ita divise, quantum vox ab una ad alteram venire & excipi potest. Regitur nuncianda, unus inclamat proximo, ille alteri, & sic deinceps per omnes satrapias ad extremæ regni. Hæc in

in rebus Eumenis tradidit. Ignium autem sublatorum ulus videtur antiquitus apud illos fuisse frequenter, cum apud veteres passim ejus fiat mentio, per quem & celerius, & in loca remotiora signa dari poterant. Et erat *μυστικα* apud Persas ita disposita, ut alii in aliis locis constituti essent speculatores, qui sublata in altum signa exciperent, atque vicissim ad alios aliosque transmittenterent. Qualem nobis eam sistit auctor lib. de mundo (m). cuius verba latine redditia sic audiunt: *Per totum Asia imperium dispositi erant Cursores, Speculatori, Tabellarii, Exrubitores, ac specularium significationum observatores.* Tantus autem ordo erat, precipue specularium, quae inde ab extremis imperii finibus ad usque Susa & Ecbatana, iugnes altera alteri tollebant, ut Rex quocunque in Asia nubabantur, eo ipse die cognosceret. Atque sic καὶ διάδοχοι, *μυστικα*, apud Persas institutam fuisse, aequae ac clamorem succedaneum ex hilce luculenter constat. Verum & hoc *μυστικα* genus simplex adhuc fuit ac satis impeditum, ut, qui eodem utebantur, sufficientem satis inde non perciperent utilitatem. Nam res tota paucis quibusdam signis, de quibus convenierat, erat peragenda; et contra infinita accidere poterant, quae per faces indicari non licebat. Etenim hostes adventare, vel in propinquuo esse, constitutis in id signis, de communi consensu, facile erat indicatu. At civium quosdam fidem mutasse aut prodidisse, vel cædem in urbe esse factam, vel aliud quid ejusmodi, qualia solent multa saepe accidere, quae præcepisse

cepisse cuncta antea nemo mortalium queat, nota fieri per accensos ignes haud poterant. Nam earum rerum, quæ non facile prævidebantur, nulla erant signa constituta. Igitur artem emendare perfectioremque reddere, quidam illo tempore sunt annisi, sed irrito conatu, nam eam revera obsecurorem fecerunt. Hinc cum omnium commodissima certissimaque ea videretur nunciandi & significandi ratio, quæ per cursores publicos & tabellarios est instituta, ideoque in Perside illa mox invalescere coepit, Angaris sive Astandis (vocabulo illis magis genuino) passim constitutis. De qua ratione Xenophon (n). sic fatur. Etiam aliud quiddam excogitasse Cyrum cognovimus, quod ad magnitudinem imperii pertinet, de quo celester intellegebat, qui etiam illorum, que permultum distant, status esset. Quum enim considerasset, quantum itineris equus conficeret sic per diem posset, ut ne deficeret: stabula parabat, que tantundem distarent, & in his equos constituit, cum illis, qui eorum curam gererent. Disposuit & quolibet loco quendam, qui & ad recipiendum literas allatas idoneus esset, & ad tradendum eas, quique defatigatos equos acciperet, recentesque submitteret. Atque hoc iter interdum ne noctu quidem cessare dicitur, sed nuncio diurno succedere nocturnum. Quæ quum ita sunt, sunt qui dicant hujusmodi iter gruum volatu celerius confici. Quod si vere non dicunt, saltet hoc manifestum est, omnium inter homines pedestrium itinerum hoc velocissimum. Ex plena fere hac Angarorum Persicorum descripione comprehendimus eos per certos statmos fu-

isse collocatos, stathmos autem singulos quinque fere parasangas complexos fuisse, aliquando etiam quatuor, quamlibet parasangam triginta stadia, dicit Herodotus, sed alii aliam fuisse rationem hujusce mensuræ contendunt. Quomodo autem imperium Persicum in stathmos & parasangas divisum fuerit prolixè refert Herodotus, qui hoc in negotio consuli potest. Ceterum Angaris tanta ab Imperantibus licentia fuit concessa, ut potestatem habuerint cuiusvis equis aut navibus utendi, ut suis; imo & homines adigendi ad cursum, unde & res & nomen in odium offensionemque incurrit, quemadmodum ex parte priori constat. Quia ratione volucres feræ, præsertim vero cicures, utpote cornices, columbae olim functæ fuerint Angarorum officio, prolixè ostendunt Bochartus (o) Lipsius (p), aliisque.

(i) Biblioth. lib. XIX. p. 680. Edit. Hen. Steph. (m) cap. 6. (n) lib. VIII. p. 183. (o) Hierozo. p. II. p. 15. 16. (p) Saecular. II. c. 1. Alexand. ab Alex. gen. die lib. 1.27.

§. XII.

UT Persæ Angaros suos atque Astandas, ita quoque Græci suos olim habuerunt hemerodromos, licet speculari non caruerint significatione, ut ex antecedentibus patet. De quibus Cornelius Nepos (q) hunc in modum: Philippidem cursorum ejus generis, qui hemerodromi dicuntur, Lacedemonem miserunt, ut nunciaret, quam celeri opus esset auxilio. De quo Lucianus (r) qui Nepotis scripturam exhibet, narrat, Philippidem ~~in secessu~~ ex Marathone cursu intinere

tinere peracto, Athenas victoriam pertulisse, atque ad
 Magistratus, quo loco consederant, & anxii de eventu
 pugnæ cogitabant, dixisse: *καὶ τοι, νηῶντες*, & cum
 hoc dicto mox extirpasse, sed a vero videtur id aliis es-
 se elienum. Hemeroscopi dicebantur etiam quoddam
 genus cursorum, sed illo cum discrimine, quod He-
 meroscopi excubias agebant, inque sublimibus
 positi locis speculabantur atque observabant, signu-
 que rei viæ vel fumo vel agitatione vestis, vel tu-
 ba, vel alio simili modo, de quo convenerat inter-
 mittentes & missos. Evenit tamen aliquando, ut
 Hemeroscopus evaserit hemerodromus, cum per
 signa non posset indicare quæ volebat ac debebat,
 sed necesse erat, ut ipse nuncium deferret. Sic quos
 Græci reliquerant in montibus Euboæ, cum ipsi
 interim navibus suis ab Artemisio Chalcidem pro-
 fecti essent, atque horrenda tempestas oborta, Per-
 sarum naves multo plurimas destruxisset; spe-
 culatores ab Euboicis verticibus decurrentes, indica-
 runt omnia, quæ contigerunt. Multa hac de re scri-
 psit Herodotus (s). Maxima hos pedum perniciitate
 polluisse auctor est Plinius (t). Dicens: *Philippi dem
biduo mille centum & sexaginta stadia incurrisse ab Athe-
nis Lacedamonem.* Sed de hoc dubitatur. Civitas
 quælibet, saltem maximarum Græciæ, suos videtur
 habuisse cursorum, cum egregiam singulæ repræsen-
 tarint rem publicam, ideoque pacis & belli tempo-
 ribus hisce carere non poterant. Insigniebantur hi
 præterea aliis nominibus ut *δρομοπίρυχος*, *άγλελαφόρος*
 &c.

&c. conf. de hisce Hesychius, Svidas, Polyænus,
(u) aliquie

(q) in vit. milt. c. 4. (r) tom. III dialog. (s) conf.
Polymn. s. lib. VII. s. 182. & sect. 192. p. 448. (t) hist. nat.
lib. VII. c. 20. (u) lib. V. in Eudocimo.

Memb. II.

§. I.

EXsupra allatis constat, neque ignes speculatorios, nec vocem per stationarios exceptam, nec pedites illos nuncios eum in finem ordinatos, ad publica æque ac privata negotia commode expedienda, satis fuisse idoneos. Nam omnia, qvæ unquam efficerentur, viva voce omnibus internunciis expoperentur, necesse erat, qvi per successionem inde, negotia aliena secum comunicata ad destinata perferrant loca. Unde secreta Principis consilia, amicorum procul a se invicem remotorum mutua sociatis jura crebro interrupta, ob illam arcanæ rei tot hominibus factam proditionem. Ut taceamus, qvod commercia, exiguo admodum cum fructu, cum exteris exerceri potuerint. Hinc stilum seu scribendi characteres, qvi, ut sermo est umbra cogitationum, ita illi imago sermonis ore prolati, humana invenit industria. Qvorum inde maxima patet utilitas, qvod, si genus humanum vel millies cresceret, intra tam artos tamen redigi non posset limites, ut semper coram agere liceret, nec magna imperiorum corpora illa, qvâ nunc felicitate cohære-

ent, si Princeps per literas, hostium aut civium molimina relciscere non posset. Quod enim sensualis experientia in homine est, obstructis nervis, & spirituum animalium impedito cursu, idem resp. sine reciproca rerum agendarum notitia: sicut enim sensus externi in statione quaque sua collocati, quidquid corporis extrema attingit, celeri motu nunciant; ita in civili reipubl. corpore, quidquid lati vel aduersi remotioribus locis evenit, per pegaseos nuncios, non lente & pro re nata, sed diurno nocturnoque cursu ad commune centrum defertur (1). Qvibus accedit etiam, qvod cum omnis non ferat omnia tellus, commerciorum cuiilibet genti satis proficuorum, adeo tutum non haberetur exercitium, immo etiam omnis amicos inter fere cessaret communio, cum nec viva, nec scripta voce agere liceret. Primam autem scribendi originem inquisituris illico aqua hæret; nam linguis scriptura non sicut coæva. Attamen probabilius autem Runographiam majorum nostrorum vetustissimam Europæarum monumenta literarum antiquitate vincere, qvod ex Iside seu fulcro simplici patere videtur, cui adnectebantur genua s. nodi, ad exprimendum aliud atque aliud literæ sensum, diversimode signati. Mercurius etiam, qui literum inventor audit (quasi Märkesian a märka notare, sculpere) communi Scriptor. consensu ex septentrione nostro produisse dicitur. Dein illi, qui falsa opinione seducti, Gothos, Sclavos s. Venedos, Vandulos, item Francos omnes Germaniæ hodiernæ vindicare satagunt, Gothos solum literis propriis, & ab ipsis inventis, scripsisse, certeros

teros vero peregrinis usos fuisse, agnoscunt, unde antiquitas & præstantia nostræ literaturæ præ ceteris facile elucescit. Qvod autem ad morem scribendi attinet, varium illum pro cuiuscunqve fere arbitrio fuisse deprehendimus. Ita Græcis scytalæ usus fuit peculiaris. Erat a. scytala lorum baculo cuiðā circumvolutum, cujus extremitatibus circum baculum accurate contiguis inscribebantur characteres literarum, qvibus componendis atqve legendis nemo par aut idoneus erat, nisi qui vel eodem baculo, vel alio huic exacte simili gaudebat, atqve artis erat peritus. Proinde conficiebant duos baculos, paris crasitie & longitudinis, quorum alterum dux, in bellum profecturus, alterum magistratus, domi conservarent, qvo literæ inter illos missæ atqve remissæ, præter spem interceptæ, a nullo alio, qvam ab illis, quorum intererat, legi possent. De hac videantur amplius Panciroll. (b), Gellius (c), Athenæus (d), Muleas qvoqve alias scribendi rationes, olim curiositas hominum, nimirum per certos characteres aliis ignotos, transpositionem literarum, & alterationem vocum &c. excogitavit, de qvibus vide sis Becman. (e). Qui mos publice & privatim apud gentes usitissimus est,

(a) Vlskm. de reg. Post, §. I. p. 3. (b) lib. II. Tit. 14. (c) noct. Attic. l. XVII. c. 9. (d) Deipnosoph. l. X. c. 19, bish orb. terr. c. 9.

§. II.

A Nteqvam ad tabellarios nostratum brevissime descri.

describendos nos proprius accingimus, paucissima de
 ceteris, per baculos nunciatorios s. Mercuriales (Vod-
 laflar) aliasque res, usitatis significandi modis, præ-
 mittente haud pigebit. Dicebantur baculi hi olim *Hers*
ðr, ex her *militia & aur / dr / aurs / drf / sagitta, ce-*
st. Audbiörn Konger liet skiera herðr och fara herbod
 um alt sitt rige, i. e. *Rex Audbiörn incidi jussit bacillum*
mercuriale & belli faciale per totum regnum mitti (f).
 De Heinis (Hedmarkiæ colonis) in Norrigia legitur:
Their skaro opp herðr / og nefudo menn or tridium-
 gum / ad giåta bygdum. i. e. cedebant baculos & nomi-
 nabant homines ex tetrabibus ad custodienda rura. Vo-
 cantur etiam Runakesflir iisdem in annalibus Norri-
 gicis, ubi unus ex societate factiosorum Ribbungorum
 ad regem Norrigiæ Haqvinum cursum festinasse di-
 citur, ejusmodi characteribus, seu literis signato ba-
 cillo instructus: *That sem eirn Ribbungur hafdi sendt*
Kongi / that sagdi so / ad Ribbungur warí andadur /
og bad kengin gjora noctut skott rad fyrir / ad ei kia-
mi jungberra Knuter frändi hans ad styrkia Ribbun-
ga i annat sinn (b). i. e. baculo, quem unus Ribbungo-
 rum ad regem misisset, incisum erat, quod Ribbung
 (principulus factionis) obiisset; quamobrem regem rogaret,
 ut celeri aliquo prudentiique instituto, domicelli Canuti
 consilium occuparet revertendi, & iteratam Ribbungis open-
 adferendi. Idem narratur etiam de Bardur (i). Usus
 horum bacillorum in publicis cum pacis, tum quo-
 que belli negotiis eximius erat, neq; enim hisce sym-
 bolis, populus ad judicia publica solum convocabata

tur,

tur, sed & bello vel instante vel flagrante, qvæcunque ad patriam in tuto collocandam agitarentur consilia, per hæc quasi pignora imperii sanciebantur, illico perficienda. Et qvibus proinde ob majorem religionem, incidebatur plerumqve ægis Thoronis, Thors Hammarmärke/ in cujus locum Christiani oð similitudinem, sicut alios gentilium ritus sacros, præcipue homogeneos, assuebant *signum crucis Christi* (k). Narratur qvoqve in *Landnama Saga* (l), qvod columnis, qvæ tempore gentilitio projiciebantur in lacum seu mare ad monstrandum illis viam, qui exteris petere vellent regiones, novas colonias constituendi gratia, non raro vel malleus vel ipsa Thoronis imago insculpta fuerit. Vocabantur autem columnæ illæ officio functæ & Jovi deinceps consecratæ sulur & ond-veigis sulur, cum derelictorum templorum præstantissimis eximerentur locis juxta altaria, & deinde januis novorum templorum insererentur, locoqve postium usurparentur (*). Qua virtute malleus Thori (qui veteribus, qvod notandum, expresse vocatur *krof* (m) a *krofja*/ frangere, comminuere, item *signum Thori*, *Thor. maurk* (n). qvomodo Miolner etiam audiat passim, ex miola comminuere, sc. qvod gigantes fregerit, aliasqve res, sponte cedere nescias: pari modo, qvomodo *Thorus* consecraverit

pyram

(*) de eo certior fatus sum a nobiliss. Dn. Er. Jul. Biörner Archivi antiquist. Translatore dexterrimo, & in communicandis iis, quæ ad presentis argumenti illustrationem pertineant, apprime facili atque liberali. (l) Conf. potest Dissert. apud nosmet nuperem habita, de Apurbeosi vett. gent. & Christ.

pyram, signatae balit &c. de eo consuli Edda potest, ceteraque veterum monumenta, & qui eadem una cum Rudbeckio in scriptis suis recensuit Peringsk.) in bello usurpatus, gavisus fuerit, prolixe refert Saxon Grañat. (o). Sine dubio, qva succedente hagiolatria Pontificiorum; majorum nostrorum labarum S. Erici hostibus in spem fortitudinis atque victoriæ infelici eventu multoties oppositum fuit (a). Quod nostros bacillos attinet, qvibus majores sunt usi, varia certe iisdem inscripta invenimus, qvemadmodum ille, qvem Frotho jussu Sturlaugi in Finmarkiam, hodie Lappmarkiam, abiturus, & in sinum Snækollæ regis filiæ projecturus, hanc sibi inscriptam habuit verborum formam: *Komme kessli theſſu t'knie hotter Konglens!* i. e. *veniat baculus hic in sinum filie regis.* qvod factum illi adeo placuit, ut dulcissimo risu hoc atque illuc respiciens, & demum amplexu quoqve eundem regia princeps sit dignata. Thotti allwánt um that / semi a war storid. i. e. *delectata est iis, quæ incisa erant.* Præterea bacilli mercuriales isti, varias pro re nata in duebant formas, ut, si bellum terra marive indicandum, gladii aut draconis (b), si homicidium, teli, si vero sacra, crucis, sibi ha- buerint insculptam formam, tot crenis incisam, qvoe

pagi

(b) *Draconis formam in labaris, & ceteris signis publice consecratis, expressisse veteres Scandia bellatores, pretiosissimum ex are antiquitatis uenitior, quod memoria S. Henrici, & honori gentis nostræ templum Nouensem rūcinum ostentat, etiamnum gestis est.*

pagi adeundi esset & viri evocandi. Hodie in Gothia o-
 mni usurpantur, non in fortuitis silvarum incendiis
 solum, sed in primis ad convocandos illo tempore
 veredos, qvo ad imperium publicum milites vel
 nautæ per regiones ad destinata sibi loca transituri
 sunt. ut eorum sarcinas ceteraque impedimenta, qvæ
 portari nequeunt, ex uno loco in alium transvehantur.
 Tum vero præfectus territorialis (si ita non ferat
 occasio, ut in conventibus dominicis, mandatum
 ad eos, qvorum interest, preferri queat) ejusmo-
 di virgam seu bacillum in formam caducei, demtis
 angvibus, incidi curat, sigillo modo crucis, modo
 coronæ, Kronmärke / modo alio quocunq; scul-
 ptili insignitum. Confecto rite, mandatum anne-
 cit literis pariter atque viva voce per veredarios
 preferendum, ut sine mora, ad destinatum defini-
 to tempore, convenient locum, cum instrumentis
 rei aut negotio perficiendo necessariis. Et cujus
 idcirco baculi celerrima translatio ipsis adeo san-
 cta esse luevit, ut per aliquot minuta vix quisquam
 morari sustineat cursum & festinationem illius. In
 clarigationum solemnibus caduceum Mercurii ge-
 rebant feciales seu caduceatores, qvorum jura a-
 pud omnes gentes inviolabilia sunt, quique, quo-
 ties publico nomine emittebantur, qvo auctoritate
 & tutela regia i.e. inviolabili, irent atque redirent.
 Clarigatio hæc olim apud nostrates non tempus tan-
 tum, verum etiam locum pugnæ indicabat, adjectis
 aliquando qvoque diris etiam, quæadmodum Gissor senex,

Hun-

Hunnis obviam missus, dixit: Graminur ex Ndar
Odin i. e. *vobis infensus est Odinus.* Utuntur hodie
principes in casibus extraordinariis, cursoribus Svet,
Enspāniare / quando vel inter iplos mittuntur, vel
ab administris imperii ad absentem regem, & vice
versa legantur in gravissimis, & quæ moram pati
nullo modo possunt, regni negotiis.

(f) *Eigla S. c. 5.* (g) *R. Hæk. Gaml S. c. 84.* (k)
Ejusd. c. 116. (i) *Ibid. c. 176.* (k) *vid. Arngr. Crymog.* seu
rer. Island. c. 8. (l) *c. 3.* (m) *Landnama S. c. 99.* (n)
ibid. part. V. c. 9. (o) *I. III. c. 2, p. m. 41.* (p) *Sturlingers*
S. c. 22.

§. III.

Cum jam tabellariorum usus, ceteras institutio-
nes omnes, qvotqvot prudentia politica ad li-
teras & mandata preferenda excogitare potuit, uti-
litate facile vincat sua. Hinc solliciti quoqve princi-
pes esse cœperunt, in sua qvisque ditione, de il-
lius rei instauratione, qvippe qvâ, si corpus regimi-
nis cohæreret, carere neqviverunt. Igitur Carolus
M. Anno 807 per *Galliam, Germaniam & Italiam Postas*
institui curavit, sed quæ post mortem ejus cessavere.
Sub Maximiliano I. autem efflorescere iterum cœ-
perunt, illisqve in Germania, post hujus obitum
multa sunt adjecta privilegia. In Hollandia res mi-
ra celeritate procedit, nam intra paucarum hora-
rum spatiū & viatores & literæ ire atqve redire
potunt, qvamobrem cū Anglia eidem peculiaria
etiam

etiam intercedunt pacta, qvæ celeritatem & perpetuitatem instituti in multis juvant, qvibus tamen illa adnexa est cautela, ne plures literæ sub eodem mittantur sigillo. In Anglia præter generales Postas, est alia, qvæ vulgo *penij post* appellatur & Londini ac locis suburbanis per 300 cursores, singulis horis expeditur, ut reliquos regionum Europæarum cursus publicos brevitatis causa prætermittamus. Ante earum puta postarum institutionem scđus Hanseaticum cursus per Germaniam publici curam gessit, qvi tamen deinceps multis auctus est modis ac privilegiis, ut expeditior vix aliquo tempore fieri possit, qvā nunc per omnes Europæ partes existit. Qvæ vero ceterarum gentium instituta, compendiosa ac ingeniosa sua instauratione superare patriam nostram affirmat Marperger, dicens: Es ist kein Land in Europa, in welchem so gute Anstalten dazu solten gemacht werden als eben in Schweden. Exiguo enim pretio soluto, privatorum literæ, eadem fide ac promtitudine, qva publicæ, ad proposita transferuntur loca, tantaqve celeritate, ut a procul dissitis locis, intra paucorum dierum spatium responsa expectari & haberi queant. In ærarium etiam publicum non contemnendos redditus conferunt, cum aliis in locis præter sustentationem, parum lucri ipsis sibi, nedum reip. habeant residuum. Per cursores pedites (Bodafatlar) expediebatur etiam olim res tabellaria apud nostrates, qvemadmodum sub minorenitate Reginæ Christinae, flagrante bello, A:01636

curlores per certas stationes sunt dispositi, jussu Se-natus Reg., qvorum cursus Hamburgum usqve se ex-tendebat, sed hi, ut tardi nimis & inutiles, post ab-rogatum multo ante apud Svio-Gothos decursio-num ludicrarum certamen (*), in desvetudinem abi-ere, ac mandatum, ut per viros, juvenesqve validos recentibus & vegetis eqvis instructos, negotium pro-curaretur (†), qvi diurno, nocturnoqve itinere sine mora pergerent, ac si inseqvens aliquod malum effu-gerent. Sunt qvoqve certis insignibus ornati, qvæ tutelam non modo regiam, securitatemqve, verum etiam Mercurii adventum indicant, & ut illo tem-pore, qvo unus exspectatur adventurus, alter, infla-to cornu, paratus sit illico ad avolandum, capsula epistolari rite tradita & accepta. Tanta nunc in patria gaudet celeritate, ut iter id jam absolvat sex diebus, cujus tertiae parti emetiendæ vix octo dies antea sufficeret. Unde gloriosiss. mem. Rex CARO-LUS XII in Saxonia constitutus, gavisus sit, qvod intra octo dies literas e Svecia habere potuerit. Atqve vel eo nomine noster Germanicis præstat veredariis, qvod hi plus, vel saltē tantum tem-poris in uno illius gentis milliari absolvendo absu-mant, quantum Svecano nostri, qvod mensuram Germanici illius sesquialtera sui parte superat. Fu-erunt etiam alia insignia, qvibus olim uti solebant tabel-

(*) Vid. Læcen. Antiq. III. 3. uoi de majorum celeri per ni-vis transcurso ope solearum lignearum, adeoque cum inseqvendis sum quoque fugiendi proritudo difficitur.

tabellarii , ut publici a privatis secernerentur. Sic tempore reg. Sigismundi, cum regnum per Carolum ducem & Senatores administraretur , gemina illa fuisse legimus: alia ducis propria, quæ illi gerabant, qvi vel ejus vel regis nomine ibant, & non regni modo , sed & ducis , provinciarumqve ejus, Sudermanniae , Nericiæ & Vermlandiae insignia, a-pertam coronam sibi habebant adfixam: alia vero regia, corona superne clausa, ornata erant, qvæ in dissertatione Clariss. viri Gabr. Wilskmanni accurate exposita videas. Usum tabellariorum qvis non eximium & admirandum judicat, cum princeps de arcans status sui , amici de familiis , eruditii in iis, qvæ ad rem literariam pertineant, aliisque plurimis negotiis certiores crebro & facile fieri possunt. Accusatio & defensio , simplicitas & astus, fides & perfidia , eadem in pera tuto sociantur, civis infimæ fortis æque ac Regis literæ pari studio perferuntur, tantum tamen abest, ut cursor ipse alicujus rei conscientius fieri queat, ut potius eum omnia peræ inclusa fugiant. Nam gravi pœna illi est interdictum, sigillum capsulae aliquæ ratione violenter attingere. Ergo validos juvenes, non fœminas , huic tam utili negotio adhiberi debere, constitutionibus Regiis est sancitum. Navales Postas consulto præterimus.

(q) vid dipl. Reg. Anno 1645. §. 8.

§. IV.

Instituti autem sunt hi apud nos Tabellarii, eo modo , qvo nunc publicis ac privatis commodis in-

serviunt, non eum in finem lolum, ut utilitatem
 cuilibet præstent, sed etiam ut per eorum institutio-
 nem ac ordinatum cursum lenirentur angariæ. Qvo-
 rum vero utilitatem instar omnium nobis accura-
 tissime describit D. Loccenius (r), Cursorum, dieens,
 publicorum non exigua est commoditas atque utilitas, nam
 ubi quid nomine publico, aut magistratus est curandum,
 quando quid movertur in provinciis, vel ab externa vel
 interna vi & quocunque subito casu, quando quidem bello
 externo celeriter demum est scribendum, & sub manu
 annaciandum, aut fama in re ancipiæ prævenienda: aut
 quid cito exquirendum vel indagandum est, cursus publici
 beneficio expediri potest. Eruditi de studiis communibus,
 amici de rebus familiaribus, seriis, jocosis, per eundem
 utiliter conferre ac jucunde colloqui possunt: dum ille men-
 tem eorum in literis apportat, que chartam inanimem qua-
 si spirantem, mutam loquentem facit. Hinc utilitas e-
 orum in genere patet. Constitutæ itaqve sunt Po-
 stæ Anno 1636. d. 20. Februar. in patria nostra,
 cuius constitutionis verba ab initio sic audiunt (s):
 Efter wi nådigt för godt ansedt hafwa/ at inträtta
 uti alla provincier öfver hela vårt rike wisse och
 ordinarie Poster/ våre trogne undersåtare den gemene
 Allmoge å landet at lisa på deß slutsfärder. Ther-
 före hafwe wi efterföliande Postordning stadgat och
 atgå låtit &c. qvæ deinde A:o 1643. d. 2. Jan. a Tu-
 toribus regni in eodem argumento sunt adjecta (t)
 videat, qvi vult, ipse. Immo levantis plebejorum
 civium oneribus inservire adfirmat constitut. Reg.
 supra

supra citat. 1636. d. 20 Jan. Et wist och allmånt Post-
wäsende bestiat then gemene allmogen å landet til en
stor del af de besvärlige skulz och giästningar. Porro in
Const. d. 2. Jan. 1643. non tantum, verum etiam
ex Ackoldio (u) facilas transmittendi literas de-
monstratur. Und dieses ist auch der Endzweck derer
mit so vielen Kosten angelegten Posten / nemlich / weil
weit entlegenen provincien allezeit der Gefahr am
nächsten / so werden die Länder durch das Postwesen
gleichsam verknüpft. Et deinde: Es ist kein zweifel
dass die Aufsicht und Handhabung der Posten zum
Nutzen des gemeinen Wesens gehöre / als durch wel-
che unsere Handlungen zum geschwindesten Endzweck
kommen. Aber die Nebenursachen des Postwesens be-
stecken nun 1. darin / darmit keine verdächtige Perso-
nen in ein Land einschleichen können. 2. daß die
commercia befördert : 3. auch privaten Personen in
ihren Reisen nicht gehindert werden. Ex hisce omni-
bus adductis, causas luculenter constare posse arbit-
ramur , cur tabellarii , nimirum ut antea dictum,
ad transmittendas literas, leniendas angariarum dif-
ficultates , commercia utiliter exerceenda & itinera
proficiscentium promovenda, cultioribus in imperi-
is instituti fuerint.

(r) antiqu. Svio-Gith. (s) Kongl. Postord. 1643. (t)
General. Rikssens Postord. de sat. 2. Jan. 1643. (u) eract.
lib. I. c. 7.

S. V.

Sed præcipue ad mitiganda angariarum incom-
moda

moda, tabernas & diversoria, vulgo Gåstgiverier
ad vias publicas esse ordinata novimus, & cursum
veredarium; adeo ut, qvicunque iter faciat, sive
jussu Regis sive alias, non habeat, aut potestatem
accipiendi pro arbitrio civium jumenta, vel alias res
sibi ad iter promovendum necessarias extorqvendi,
qvemadmodum sub imperio Persico, cuvis manda-
ta Regis celeriter effecturo, potestas illa concessa
fuit, scilicet adigere etiam invitatos cives ad cursum,
ut supra dictum. Illa vero licentia, ne tempore
belli apud nostrates invalescat & in nervum reipu-
blicæ excrescat, sub gravi poena nemini in patria
nostra licitum est, invitatis incolis pagorum, eorum
jumenta accipere aut cetera itineris provehendi in-
strumenta, qvin potius omnia pecuniis redimere de-
bet qvisque. Quam ob caussam a glorioſiſſimæ
mem. Regg. nostris prudentiſſime ita qvoqve con-
ſtitutum, ut cum nullius gravamine hæc institutio
procedat. Sunt tabernæ publicæ ad vias regias
exstructæ, ubi omnia ad proficiscentium usum ne-
cessaria, venalia prostant, eqvi ad suum exhiben-
dum servitium parati neqve defunt, qui ab egen-
tibus justo sed parabili pretio conducuntur. Atqve
hac ratione uti nemini in patria nostra profecturo,
itinera non possunt non esse commodiſſima, ita ve-
ritas qvoqve effati Marpergiani vel ex eo iterum
iterumqve dispaleſcit. Tempore regis Magni Ladu-
laſi Ao 1275. agricolæ unanimiter questi sunt de
violentio eqvorum raptu a tranſeuntibus & publicis

& privatis, qvare munimine mandati Regii, ut se-
ra firmissima, rusticorum claudebantur stabula, viæ
communes seu Regiæ adornabantur, diversoria ad
vias exstrebantur, ubi victum emere & eqvos con-
ducere potuere ultro citroqve commeantes, ut ex
antecedentibus patet. Atq; sic proficiscentes boni non
modo magna molestia levati, verum etiam incolæ,
a multis calamitatibus liberati sunt. Nullum certe
populo gratificandi secundum magis augurium dari
potest, qvam ubi onera ipsis iſminuuntur, qvod pro-
be intelligens Severus Cæſar, rei tabellariæ sumtus a
plebe solvendos ad ærariū publicum retulit. Elocatio
hæc eqvorum, vernaculo idiomate, *Skiuts* / dici-
tur, qvod a *skiut* / *skiott* / *velox*, *festinus* deducitur.
Sic vocantur in Historiis antiquis & legibus, & e-
qui currentes & naves *skiut* / *skut* / (w). Qvemad-
modū enim cives ipsi suæ agilitatis exercendæ cau-
ſa, crebras super glaciem & nives instituebant de-
cursiones: ita eqvis remisqve perniciitate mira cur-
sum crientibus quoqve studebant. Unde illa Poëtis
seu Skalldis familiaris consuetudo olim dimanavit,
qvadrupedum vel volatilium nominibus *navim* adpel-
landi, adjecto vel ornatus vel utensilium nauticorum
epitheto. Hinc *sepalmar*, *velorum eqbus*; *mar* qvippe &
eqvum & mare denotat, Sic quoqve *baffaxe* iisdem
Skalldis *navis* adpellatur, ab *baf oceanus*, & *faxe*, no-
men eqvi, qvod a *fax juba*. De diversoriis autem
publice constitutis, eorumq; jurib⁹, iſmo etiam de cur-
su veredario, consulere potest, qvi vult, nobiliss. A-
bra.

bramsonii notas ad R. B. L. Q. passim; ex quibus abunde patet, Svetiam omnibus ceteris Europæ regnis palmam facile præripere, quod ad hæcce salutaria instituta, neque de nihilo apud exterros Virginis suffragium ejusmodi elicuisse, quod tanta cum prudentia & circumspectione, proficiscentium commodo nusquam sit provisum, quanta in Svia-Gothia, & illius ditioni subjectis regionibus.

(v) vid. Rudbeck. Atl. tom. 2. p. 21. Tom. III, pag. 389. Lundii nos. ad L. L. Westro-gotb, pagg. 123, 125.

Memb. III.

Sed heic merito disqviritur, num in bene constituta republica usus ignium specularium tolerari queat? necne? Negativam tuentes, seqventibus rationibus ad suam hypothesis stabiliendam uti possunt. Tumultus inopinati multorum malorum materies & origo sunt, unde accensio ignium horum abolenda est, quippe cui originem debet. Signo enim subito per hos dato, ita civium animi turbantur & meticulosi redundunt, ut conspectum hostium ferre ac sustinere nequeant. Consultius proinde fore contendunt, clam adventum hostium Principi indicare, ipsique cum proceribus consilia ineundi salutaria, de hostium conaminibus reprimendis, locum dare; ea quæ deinde civibus cum instanti periculo juxta significari possunt, ne tam tristi inopinato nuncio metu exsangves reddantur; atque sic rem felicius successuram illi existimant. Accedit & hoc, quod ignes, peregrinis

grinis saepe non hostili animo adventantibus, accendantur; quo ipso terror incolis non modo incutitur, veram etiam non sine magno incolumentis cum privatæ, tum quoque publicæ, damno excitantur, quemadmodum in Norrigia aliquando factum esse refert Sturlonides (x). Cum Erici Daniæ regis filii, aliquot navibus vento secundo venientes, circum Norrigiæ insulas navigarunt, quos incolæ hostili accessisse animo putabant, ignibus pyrarum accensis, magnum toti regioni incusserunt terrorem. Ceterum princiæ, non hostes, sed satellitibus tantum stipati suis & accesserunt & in Daniam iterum sunt reversi. Igitur ignium accensio cives regionis alicujus eludit, atque magnum adfert non raro detrimentum. Sed utrum hæc speciosa sunt argumenta, tutius tamen affirmativam amplectimur sententiam. firmioribus, quod speramus, fulcris nixam. Si hostium conamina principi sceli primum patuerent, id inde malum facile oriretur, ut hostis finibus regni, jam imminens, ante matura consilia de ejus repulsione data & accepta, ad interiora regni, nullo obstante, grassaretur facile, & integras regiones igne & ferro vastaret. Vitia quod attinet arti addita, illa in se cordes & effeminas cives potissimum redundant. Nihil enim est aptius hostium irruptioni recessione, proinde signo tali dato, ingenui civis est etiam, non quo fugiat, circumspicere, sed quo tela sua contorquerat, hostemque fortiter repellat. immo etiam cogitare, id jam adesse temporis, quo si-

dem in principem caritatem in patriam declarare
 sibi injunctum sit; qvæ fides ipsi gloriam fato su-
 perstitem est conciliatura. Qvod si propter casum
 abusus, ipse statim tolleretur usus, tubæ, buccinæ
 & tympana quoque qvod animum militibus ad-
 dant, excogitata, essent identidem abolenda, qvi-
 bus signum pugnæ datur tamen, neqve magnus
 ho ror militibus incutitur solum, sed dilapsi circum-
 qvaque milites ad luas stationes & ordines in acie
 facillime revocantur. Cumqve classis hostium time-
 tur adpulsura, admonentur flamma hac portuum
 custodes atqve præfecti, ut catenas claustris ob-
 jiciant suis, & remiges habeant paratos, qvi na-
 ves in discrimen pugnæ educant. Immo etiam sub
 suis tribunis a signis recedere non debere, ut hosti
 in regionibus impune grassari, si in littore refellerit,
 non liceat. Denique hisce monentur cives, ut ma-
 nium armatarum hosti opponant, loca idonea castel-
 lis alisqve munimentis communiant, & sexum im-
 be lem in loca turiora subducant Postremo addendū
 qvod vel hac ratione sæpe conducant reipublicæ
 ignes speculares si qvis reus inqvirendus, quem pu-
 blice ulcisci necesse sit, sive fugam ille extra regionem
 adornare conetur, sive in ipsa regione montium vel
 amicorum fide tegatur, ignibus accensis, ille non
 diu occultari potest præsertim publica prius facta
 denunciatione, ne accenso igne speculari, civium
 qvis ullam e littoribus regionis navem solvere aut
 domum hospitiumve reo communicare sustineat.

Unde

Unde satis superque regionem probe his ignibus
instructam multum negotii malitiæ illico daturam, si
improviso immineat palam constat. Exemplis hoc
est illustrandum. Pompejo magnam esse injectā mo-
ram tam a munimentis, qvam ignibus speculatori-
is traditur (y). Obsessos, eorum ope, socios ad sub-
sidia vocare solitos fuisse, testatur Xenophon (z) Ob-
sessi et am irruptionem molientes, *igne significarunt*,
se obsessores in angustiam redigere velle, quo ami-
ci admoniti ipsis opem ferrent optatam. Ita Atua-
ticis ex suo oppido in munitiones Cæsareas erum-
pentibus factum esse legimus, ignibus enim signi-
ficatione facta ex proximis castellis eo celeriter est
concursum ad Atuaticos repellendos (*). Subinde quo-
que vel obsessi vel exploratores inter hostes versantes
occasione eos superantli, hoc modo, sociis indicabant.
Sic Alexander Panormitanis in angustiam a Leosthene
redictis præcepit, ut, si qvæ naves de statione sua de-
cederent, præter faciem tolli solitam, alteram accen-
derent iis, qui Magnesiæ escent, at ii Pagasis ean-
dem significationem darent. Qvo signo a Panormi-
tanis deinde edito, Alexander clasæ subito superven-
iens, Athenienses adortus est, magnoqve prælio
fugavit. Ita ancillæ Romanæ sub nomine & habitu
virginum & matrum familiæ, ad postulatum Latini-
orum ducis Posthumi, in eastra Latina missæ, ean-
dem artem usurpasse leguntur (**). Præter sexcenta
alia, qvæ proposita brevitas his addere vetat

§. II.

(y) Hesins fringl. p. 150. (z) Hirt. Pans. comm. de bello

Hispas. c. 8. (e). lib. VII. () Ces. comm. de bell. Ga'. l. II.
c. 33. v. 3. (**)* Plut. Camil. & Macrobi. lib. I. *Saturn.* c. 2.

§. II.

Hec sunt paucissima illa, quæ per summa tantum capita eundo, pro tenuitate ingeniali, tantilo tempori spatio ex aliis de nobili hoc argumento colligere posuit us. Faten ut ingenuæ, plurima, quæ ad illustrandum nobilissimum argumenum hocce spectent, præterea ista esse, quæ temperis angustia nimia, curta ingenii, rerum que fuppellex, immo debilis etiam hoc præsertim tempore, valetudo mea, amplius persequevi non permisere. Nobis satis erit, nostrum, post aliorum messem, spicilegium hocce, licet, quod dolendum, conatur effectus ipse vix ab ne vix quidem respondere possit. Plura autem, qui desiderat, de hac materia, adeat fide dignissimorum virorum scripta in utraque dissertationis parte a nobis allegata, & laudabili ejus desiderio, quod speramus, abunde sicut satis. Intera ad humanitatem ac benevolentiam Tuam B. & C. L. confugimus, veniam impense rogantes, si quæ monumentorum vetustate obvoluta & recondita non pro voto nostro eruere poruerimus; quippe destituti omnibus fere, ad hanc rem e-laborandam, necessariis adminiculis. Magnum vero nos lucrum fœneratos fuisse dicemus, si innoxia haec co-namina nostra, non nobis obtestationi, sed pro can-dore Tuo, in mitiorem partem interpretatus fueris.

CORRIGENDA.

Pag. 30. lin. 14. leg. Wardhaldsmenn p. 35. l. 26. leg. adeoque. p. 36. l. 16. leg. Loxotœch ad calc. sust. leg. Igno. p. 37. l. 30. leg. auctornali. p. 38. l. 9. leg. proficiscendum. p. 48. l. 26. leg. Kasebackens. p. 49. l. 3. leg. paroetia l. 13. leg. qui l. 22. leg. Simpendias p. 57. l. 5. leg. alienus. l. 23. leg. Athenis. p. 58. l. 12. leg. communicata p. 59. l. 1. leg. rent. l. 23. leg. litera-rum. p. 65. l. ult. leg. possunt.